



geniam largiatur, quamvis sufficienter ad salutem consequendam subditis illi destinaverit. Hæc opinio in sceleris diffi-

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Structura.

I. Timor, ac spes, ut generatim loquar, duo sunt absolute necessaria Christiano, ut suam teatur innocentiam, ut in virtutis exercitatione perseveret, & ut ad æternam felicitatem perveniat. Timor, ne propter voluntatis suæ nequitiam reprobetur, & spes futuram, ut celestis beatitudine perseveret, cujus jura eidem mors, & merita Salvatoris acquisiverunt. Prædestinationis autem mysterium utramque hæc nobis sentium immitit. 1. Sentium humiliationis, ac metus salutaris propter ea, que nobis terribilia continent. 2. Sentium consolationis, & spei, propter ea, que omnibus hominibus solatium afferre debent, eoque excitare possunt, ut salutem suam operentur. Hæc esse debet hujus concionis partitio.

Quod ad primum pertinet punctum. Quamcumque sententiam in hoc prædestinationis argumento amplectaris, tria semper certissima occurrunt, & nunquam in dubium revocanda: Prima est, prædestinationum numerum exiguum esse, & ad paucissimos redigi. Hoc est oraculum, quod ex ipsius Jesu Christi ore prodit, quod nemo Patrum interpretatus est, vel in æquiore, vel in æquiore sententiam traduxit, & nemo hæreticorum in dubium revocavit, & quocumque modo explicetur, ut spiritus confirmetur in hoc timoris argumento, quod ipse Dei filius necessarium censuit his sententiam confirmari, & in verbis nobis, oraculum hoc semper verum esse, non solum habita generatim mortalium omnium ratione, sed etiam Christianorum duntaxat, ætate ætatis, qui singulari Dei beneficio, quod infinito Ethnicorum numero concessum non fuit, ad fidem, & veri Dei cognitionem evocari fuerunt: etenim hujus oraculi verba id palam testantur: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20. & 22. Non desit agere, unde humilietur, atque confidenda cogitantes, quomodo segete erga homines Deus, atque cum Sancto Spiritu, qui et ipse id animo reputans formidine contriebat, et exclamemus: O altitudo divitiarum sapientie, & scientie Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia eius, & inaccessibiles viæ eius! Ad Rom. 11. Scio equidem omnia iuste a Deo fieri, & hoc mihi satis est: sed quænam mihi formidinis causa est cogitanti, quantum a sanctorum, & prædestinationum vita me distat ratio vivendi! Alterum, quod certum, ac indubitatum occurrit, est ipsius nostre prædestinationis incertitudo: utrum fors mea simis factura sit iusti Jacob, an Esau. Hoc mihi æquum est, & mysterium, quod noluit Dominus revelare nobis, ne securitas in nobis ignis iam gigneret. Quia autem aptius fingi potest ad nos perterrandos simul, & humiliandos hæc incertitudo, in qua de incerto futuri exitu vivimus. In Dei mente jam lata est sententia mea, scilicet jam est in altero eorum liberorum, in quibus vita, vel mors continetur, Deus ab æterno constituit, quinam futuri sint sui: Cognovit Dominus, qui sicut est, ad Timoth. 2. ego vero vivo in alta demerendum necessitas fuit, ut dignus sim, qui prædestinationum numero adscribar. Tertius denique, quod in humiliatione, ac jugi timore continere nos debet, est gratia, quod est primum nostre prædestinationis præmissum, & subsidium unice necessarium, ut magnum hoc negotium agatur, & transigatur. Quænam autem humiliationis, terrorisque causa nobis est, scire gratias omnes esse in manu Dei filii, prout ipse paterit, & discipulis, & quæ solatium incipiunt, atque perducunt ad Hilariones ex his veritatibus erudende, quæ quidem terrere, non autem ad desperationem adducere debent, sunt: 1. Si prædestinationum numerus exiguus est, & angusta cæli porta, nihil non conandum esse, ut illuc ingrediamur: Constat illud. 2. Cum prædestinationis nostre nobis incerta sit, satagendum esse, juxta

S. Petri consilium, ut eam bonis operibus certam faciamus: catigari, ut per bona opera certam vestram electionem faciat. 2. Petri. 1. 3. Quod gratiam finalem, que nostre prædestinationis omnium addit, ad ferventioris resconfugiendum esse preces, etiamque a Deo venire petendam, quandoquidem orationi illam Deum voluit adnectere. Punctum alterum in prædestinationis mysterio summani nobis offerre debere consolationis, & audacitatis ope possunt ostendi. Prima est, Deum ab æterno sincere voluisse nostram salutem. Altera est, nos posse, ac in nobis positam esse, salvos fieri. Quod ut magnum nobis solatium afferre, ingratumque animos addere debent.

In iniqua formidine, ac diffidentia circa prædestinationem nostram tria hæc nos possunt confirmare. 1. Creator Deus ab æterno sinceram habuit nos salvandi voluntatem. Ita statuerunt duo Concilia, olim Antiochenum, & novissimum Tridentinum. Ita S. Paulus explicitis verbis testatur: Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad æternam civitatem venire, 1. ad Timoth. 2. atque omnes asserit possunt probationes, que confirmare, & consolari possunt eos, quæ naturalis timor aliquando ad desperationem usque conturbat. 2. Deus Redemptor effudit sanguinem suum pro universis. Quæ salutis thesaurum in sanguinis hujus virtute non habemus, & quinam peccatorum numerus illum exhausturæ possit, nisi sola nostre salutis desperatio? 3. Deus Sanctificator: eas nobis tribuit gratias, quæ omnibus hominibus sunt valida ad salutem auxilia. In nobis ergo possum esse illis uti, ut ad nostre salutis opus cum Deo coopereremur.

Quid nobis sciendum de prædestinationis mysterio cum generatim actione, & confidentia in Deo? 1. Quid nobis de eodem cum humilitate ignorandum? 2. Quid cum fidelitate, constantia, & perseverantia facendum, ut prædestinationem nostram certam faciamus? 3. Deus sincere nos vult salvos facere, sed non invidiosus, & nisi serio, constantique voluerimus. 4. Deus necessaria nobis tribuit subsidia, ut valeamus, sed erone invidiosus, nisi illis utamur, atque Deo providentiam in reprobatione nostra justam fuisse ostendemus. 5. Deus re ipsa salvos nos facit, si nosmet ipsos præbuerimus gratias ipsius, atque erimus ex numero prædestinationum.

1. Nimirum diligens perquisitio in hoc nostre prædestinationis argumento incipit esse, curiositas, & contumeliosa Deo, quia hoc est, confidentia carere. 2. Admitti, omnemque nervos continere, ut salutis, & prædestinationis nostre negotium certum faciamus, hoc omnium curatum nostram præceptis esse debet, & maxime.

Duo magna sunt mala, quibus circa prædestinationem sumus obnoxii, atque hi duo sunt scopuli, a quibus nosmet diligentiissime præservare debemus; præsumptio videlicet, & desperatio; que duo hæc in conjunctione obvianda præcedior ostendens, Dei prædestinationem neutri favore, & nos inexcusabiles esse, cum propter hoc mysterium nosmet tradimus. 1. vel præsumptioni, quæ efficit, ut nostre salutis curam negligamus; quod primum est punctum: 2. vel desperationi, quæ efficit, ut omnes salutis ipsam assistamus hoc verum alterum. P. Balthasar Sermones longiorum argumenti.

Quodcumque decretum ante secula fecerit Deus, & quodcumque consilium de æterna sorte nostra fuerit, 1. certum est, ipsum nos salvos facere velle, hæc prima est consideratio in hoc prædestinationis argumento faciendus. 2. Certum est nosmet ipsos salvos facere posse, hæc est altera. Quocumque modo aliquid hoc explicet, & certum est, neque in Deo tolli voluntatem operandi salutem suam ope collectis gratiæ, quæ ad id nunquam illis datur. P. de la Colombiere.

1. Deus nos vult, quicquid in prædestinatione a nobis cognosci iustitiae, & nos addimus fertari. Divina interit bonitati, atque sapientia id nobis abscondere.

H.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

dere: hæc prima est pars. Deus nobis aperit, quicquid in hac prædestinatione a nobis cognosci necesse est, & ipsi volumus ignorare, iustitiae Dei interest hoc nobis detegere. Hæc pars altera. Desumptum ex Quadragesima, que tenet de la Rue accepta refertur, & Sermones hujus argumenti.

IX. Tres veritates debent circa ea, que de prædestinatione, aut reprobatione nostra decernit Deus.

Prima est, nostre salutis opus a Deo simul, & homine pendere.

Alter est, hoc in nostris esse manibus per opera nostra bonis.

Tertius est, ad id nunquam Dei auxilium deesse.

De exiguo electorum numero. Quin de certitudine exitu hujus numeri disputem, perpendere volo causas, que illum adeo exiguum efficiunt, easdem tres possibilibus invenio, tres concionis partes futuras.

Prima est, raritas innocentie per poenitentiam conservate, vel reparate.

Alter, vis moris humani, qui sequitur multitudinem.

Tertia, violatio officiorum, que magis inevitabilia sunt, & que in christiana religione sunt sanctissima. P. Massillon Sermones pro feria sexta hebdomadæ Passionis.

XI. Prædestinatio triplici ratione considerari potest. Primo ratione Dei prædestinantis, hoc est, misericordiam suam disponens pro hominum salute, eisque præbens subsidia, quibus adjutus perveniat ad beatum finem, ad quem destinavit illos.

Secundo ratione Jesu Christi, cujus imaginem gestare debent prædestinati: necessarium quippe est illos imagini ejusdem fieri conformes: Quos prædestinavit conformes fieri imagini filii Dei, ad Rom. 8.

Tertio ratione voluntatis, & libertatis nostre: Deus enim, qui fecit nos sine nobis, non salvabit nos sine nobis. Ex Specimine sermonum pro feria quarta hebdomadæ Passionis.

XII. Quæcumque sit nostra de salute, ac prædestinatione incertitudo, hæc tres veritates efficere debent, ut fidenter eandem operemur.

Prima: quæcumque fideles sunt gratie, sunt ex numero prædestinationum.

Alter: hæc fidelitas gratie pendet a nobis.

Tertia: Gratia deest nemini. Ex eodem Specimine pro diebus ante Pentecosten Dominicas.

XIII. 1. In salutis nostre negotio nihil nobis a Deo timendum est, qui nihil prætermittit eorum, que erant necessaria ad æternam felicitatem nobis procurandam. 2. Omnia nobis a nobismet ipsis esse metienda, quod cogere nos debet, ut vigilemus, & laboremus, ut bonis operibus certam prædestinationem nostram faciamus. Auctor Sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta pro feria quarta hebdomadæ quinte in Quadragesima.

PARAGRAPHUS ALTER.

Sanctus Augustinus lib. 2. de Prædest. & pres. cap. 21. docet, quomodo ad populum de prædestinatione loquendum sit.

Idem lib. 2. de Prædest. & pres. cap. 13. loquitur de Tyrinis, ac Sidonibus, quos reliquit Deus in eorum ecclesie, & qui credidissent, in Salvatoris miracula vidissent. Nec non cap. 17. & 18. plures tradi prædestinationis definitiones, vel potius rem eandem variis verbis definit.

Idem lib. 5. contra Julianum acceptam refert duritiam cordis plurimorum peccatorum causam impenitentiam eorum, & docet non permittere Deum, ut aliquis ex his, quos prædestinavit, intereat.

Idem in Epistol. 102. ad Sarran ostendit in prædestinatione Deum nullam habere peccatorum acceptationem.

Idem a. resp. ad articulos fidei falso impostos art. 11. docet Dei prædestinationem immutabilem esse, & effectum suo certuram.

Idem lib. 4. contra Julian. Epistol. Palag. cap. 6. ostendit, querere, cur Deus alios quidem prædestinet, alios relinquat, rem esse in questionem minime vocandam; & quam periculosum sit velle scrutari secreta Dei in hunc articulum iudicis.

Idem in Euchar. cap. 99. omne prædestinationis mysterium ad Dei misericordiam, atque justitiam refert.

Idem lib. 2. de Prædest. sancti, cap. 24. docet justificationem peccatoribus sine ullo prædestinatio merito concedi.

Idem Tract. 26. in S. Joann. docet, prædestinationis secretum non esse curiosius investigandum.

Idem, vel auctor soliloquiorum cap. 26. & 28. de prædestinatione, tanquam de impenetrabili secreto loquitur.

Idem vel auctor libri Hypothesis. ostendit, quid præscientia Dei differat a prædestinatione.

Idem lib. 30. contra Cresconium cap. 37. ostendit, quam exiguus sit eorum, qui salvantur, numerus, si cum multitudine eorum, qui damnantur, comparatur.

Idem in Psalm. 39. docet paucos esse Christianos, qui arctam sequuntur viam, ideoque paucos salvari.

Idem Sermon. 102. de Tempore, aliquot habet animadversiones circa exitum eorum numerum, qui in terram promissam ingressi sunt ex tot Israelitarum millibus, qui egressi sunt ex Ægypto.

Idem Sermon. 32. de verbis Domini hæc explicans verba cap. 13. S. Luca: Domine si pauci sumus, qui salvantur; ostendit, cum peccatorum numero toto celo major sit numero iustorum, ac bonorum, ideoque plures esse reprobatos, quam prædestinatos.

Idem in Psalm. 47. & 43. eadem utitur argumentatione.

S. Gregorius Homil. 19. in Evangel. in hæc verba, multi sunt vocati, pauci vero electi, ostendit plures, qui ad fidem usque percipiendam perveniunt, ad gloriam usque non pervenire.

S. Chrysostomus lib. adversus vituperatores vitæ monastica, rationem, propter quam pauci sunt prædestinati, hæc esse ait, quia pauci sunt, qui ambulat in arcta via, que ducit ad vitam.

Idem Homil. 4. ad populum Antioch. terribile asserit testimonium exitu prædestinationum numeri dicens ex tot mortalium millibus, qui tunc magna illa in urbe aderant, se credere futurum, ut vix centum salvarentur.

Recupitatus lib. de sequis prædestinationis in parte secunda Scripturis, Patrum autoritatis, aliisque pluribus rationibus probat reprobos ex adultis christianis numerum longe majorem esse numero prædestinationum.

Grægorianus in duce peccatorum cap. 7. loquitur de inestimabili prædestinationis beneficio.

Pater Caullinus Tract. 2. ante sanctis effat. 6. ostendit æternam beatitudinem in manibus nostris esse, ac a nobis pendere, utrum in prædestinationum numero simus adscribendi.

Pater Chahu in libro, cui titulus: Secretum prædestinationis: de exitu prædestinationum numero, de qua magna multitudine reprobatorum, fustis hæc pertractat questionem, atque in partem utramque adfert argumenta.

P. Nepeus tom. 3. christianorum considerationem pro die 16. Julii docet, quam inutile, ac periculosum sit, scire velle, utrum quis prædestinatus.

Bellarminus Opus. de Comitibus Cap. 6. ostendit, quam nobis metuendum, lugendumque sit propter exiguum electorum numerum.

Dionysius Carthusianus in Operibus muneribus tom. 7. Omittit Theologos scholasticos. Quocumque scripturam in primam partem D. Thomæ locuti sunt de prædestinatione, que est in paucis, que in Scholis agitentur, questionibus celeberrima.

P. Quærit 1. tomo Recessum pro una die cuiuslibet mensis.

P. Delingendes, sermone pro feria quarta post Paschionem Domini. integrum habet sermonem de Prædestinatione.

P. Tæxier sermone pro feria 4. hebdomadæ quinte in Quadragesima.

Idem in Dominicali sermone. pro Dominica quadragesima.

P. Reina Concione 33. in fer. 4. post Dominicam Passionis.

Inter sermones morales nunquam habet hujus argumenti.

P. Bourdalone in novis sermonibus sermo pro feria 6. hebdomadæ prima in Quadragesima.

P. de la Rue in sermonibus, qui sub ejus nomine circumferuntur in feria 4. post Dominicam Passionis.

P. Massillon sermone pro feria 6. hebdomadæ Passionis, ubi verba facit de exitu electorum numero.

Auctor sermonum in omnia Ethica christiana argumenta sermone pro feria 4. hebdomadæ 5.

Idem in Dominicali sermone. 19. post Pentecosten de exitu electorum numero.

Idem sermone pro Dominica 5. que superest post Epiphaniam, de Prædestinatione.

Birat sermone 7. Adventus de mundi desperationibus,

Actici illi.

Concionator Nuperi.

nibus, plura habet prædestinatione æque ac in sermone pro feria 3. post sextam Quadragesimæ. In Specimine ferm. pro Quaresimali unum habet de prædestinatione, argumento 4. pro feria 4. Hebdomada Passionis.

In eodem specimine pro Dominicali alium habet Dominica 19. post Pentecosten.

Qui collecta desiderat.

Gratanensis in locis Communibus. Titulo Prædestinationis, & Reprobationis.

Summa Prædicatorum, titulo Prædestinationis, Langius, titulo Prædestinationis.

PARAGRAPHUS III.

Locis, Exemplis, & Applicationibus Scripturarum huic argumento.

Non te ex nomine, & invenisti gratiam coram me. Exod. 33.

Deus fidelis, & absque ulla iniquitate, iustus & rector. Deuter. 32.

Ego sum Dominus Deus tuus, faciens misericordiam in multa his, qui diligunt me, & custodiant præcepta mea. Exod. 20.

Universa via Domini, misericordia & clemens. Ps. 24.

Misericordia Domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum. Psal. 102.

Abominatio est Domino via impij, qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo. Prov. 15.

Nescit homo, verum amare, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servatur incerta. Eccl. 9.

Nihil castius coram, qui fecisti, nec enim alienus aliquid constituit, nisi fecisti. Sapient. 11.

Novi Dominus dies immaculatum, & hereditas eorum in æternum erit. Psal. 36.

Si volueris mandata servare, conservabunt te. Eccl. 15.

In charitate perfecta dilecti te, & atraxi te, miserans. Jerem. 31.

Namquid voluntas mea est mori impij, & non ut convertatur a viis suis, & vivat? Ezechiel. 18.

Perditio tua Israel. innumerabile in me auxilium tuum. Osee cap. 13.

Multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20.

Si vis ad vitam ingredi, serpa mandata. Matth. 19.

Gaudete, quod nomina vestra scripta in caelis. Luc. 10.

Nolite timere pusillus grex, qui complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Luc. 12.

Cognosce oves meas, & cognoscunt me meas. Joann. 10.

Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me; & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non capiet eas quisquam de manu mea. Idem, ibid.

Hæc est voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo. Joann. 6.

Namquid iniquus est Deus, qui inferi irant? Absit, aliquis quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Ad Rom. 3.

Quos prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit: quos autem iustificavit, illos & glorificavit. Ibidem.

Ego scio quis elegerim. Joann. 13.

Altitudo divitiarum sapientia, & scientia Dei: quam incomprehensibilis sunt iudicia ejus, & investigabiles via ejus! Ad Rom. 11.

Elegit nos in ipso (Christo) ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Ad Ephes. 1.

Dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. 1. ad Timoth. 2.

Prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Ad Ephes. 1.

Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. ad Timoth. 2.

Cum in tu & tremore vestram salutem operamini. Ad Philipp. 2.

Stragite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciat. 2. Petri cap. 1.

Nolite aliquos perire, sed omnes ad patientiam reverti. Ibidem, cap. 3.

In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed ex omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Act. 10.

Exempla, & figura ex veteri, novæque Testamentis desumpta.

lectio quam facit Deus, aliorum retem videntibus in eadem familia, ex duobus fratribus ad eandem gratia adoptionem creatis, alterum quidem

exercentem virtutes, & eam eligentem viam, que certissime ad beatitudinem adducit, alterum vero in peccati mala momentem? Inter duos fratres Cain, & Abel, inter geminos fratres Jacob, & Esau, alter quidem prædestinatorum prototypus est, alter vero trinitis reproborum figura. Inter duos Apostolos Judam, & Matthaniam, alter quidem perditionis filius dicitur in evangelio, alter vero in alterius locum electus, & subrogatus. Hoc illud est, quod adeo terribile fit prædestinationis mysterium, & quod mortales omnes in timore, ac humilitate debet continere.

Quoniam metu, qui formidine angēbatur sanctus Rex David cogitans, quid de ipso æterna beatitudine, an calamitate Deus uocaverit? Anticipaverunt, ait ille, vigilas oculi mei, turbatus sum, & non sum lotutus. Psal. 76. At quæso, quænam erat horum tumultus, atque terroris, quo mens sua agitabatur, origo? Cogitavit, respondit ille, dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Animo reputabam æternitatem, ac annos, qui præsentem hanc vitam subsequantur. Et meditatus sum cum corde meo, & exercitabam, & sciebam spiritum meum. Meditabar intra me, & animus meus terribili hæc cogitatione commotus seipsum excutebat, ut videret, utrum conscientia mea aliqui sedata esset labe, que esse posset causa meæ reprobationis. Namquid in æternum proficit Deus? aut in finem misericordiam suam abscondit? aut obliviscentur misereri Deus? Fieri non posset, ut me Deus in æternum relinqueret, ac nunquam mei esset miseratorus? Hæc animo secum volutabat sanctus Rex, que gravissimum illum conturbabat curis; ignorabat enim, utrum esset ex numero prædestinatorum. Passim isdem cogitationibus, ac David, perturbatur, veram ejusdem simul sensus concipiendi fuit; videlicet futuris timeret, qui efficiat, ut saluti nostræ consulamus, æternamque in Dei misericordia confidamus. Hæc cogitationes profecto ad metum in nobis eundem fuit aptissima; verum nunquam efficere debent; ut de divina erga nos bonitate diffidamus.

Antique legis figuræ efficiunt, ut per unbas suas eam perspiciamus veritatem, quam ipse Dei filius nobis in evangelio declaravit; numerum videlicet electorum exiguum esse, illum vero reproborum fati magnam: Multi sunt vocati, pauci vero electi. S. Paulus unam ex illis figuris applicuit huic argumento desumptam ex Israelitis, qui ultra sexcenta milia numerabantur, pueris, mulieribusque non recensitis. Ecce quomodo hic Apollolus 1. ad Cor. 10. loquitur: Patres nostri, multi sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt; & omnes baptizati sunt in rubi, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducaverunt. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Hic quatuor diversa vides unam eandemque figuram componentia; videlicet nubem, mare, baptismum, & escam. Israelitarum, qui erant populus Dei, universi tecti fuerunt nube eadem, que eorum dux erat in deserto. Transierunt mare rubrum, quod illi baptisim loco fuit, omnes nutriti fuerunt esca eadem; & nihilominus ex numero hoc tanto, ac tam mirabili Caleb tantum, & Josue a Deo electi fuerunt, qui in terram promissam ingrederebantur; & ne quis crederet, Deum aliter cum fidelibus agere, idem Sanctus Paulus addit: Hæc in figura facta sunt nostri. Velum auferamus, utque iusta fiat hujus figuræ applicatio, dicamus adultos omnes eodem Dei patreino protegi, omnes per retributionem aquas traduci, omnes idem Baptisimatis sacramentum recepisse; omnesque eodem Eucharistico pane velici; sed paucissimos nihilominus esse, qui ad æternam perveniunt felicitatem, cuius promissa terra erat figura.

Ex Principe Apostolorum alteram mutuari possumus figuram priori antiquiorem, ac non minus perspicue veritatem eandem experimentem. Diluvium nempe, quo totum genus humanum absorptum fuit, excepta familia Noe, que octo contabatur personis, que in Arca salva facta fuit. Duo circiter annorum milia a mundi primordiis exceperant, quo diuturno viginti seculorum spatio homines in infinitum ferme multiplicati totum terrarum orbem replebant. Nihilominus ex innumerabili hæc populorum multitudine, qua urbes, agrique frequentabantur, octo dumtaxat salvi sunt facti, reliquis omnibus diluvii fluitibus sepelitis. Pauci, id est octo anima salva facta sunt per aquam. 1. Pet. 3. Et addit S. Petrus ad fideles adultos loquens, similiter baptismum admodum paucos salvare, non quod illi virtus non adit omnes salvos faciendi, a quibus recipitur, dummodo iustitiam, quam ibi recipiunt, ad mortem usque teneantur.

Tertia figura nobis vigesimo Geneseos capite exhibetur in historia quinque abominabilium civitatum, que

debetur. Incertum.

Metaphor. David, ut in reprobis non mereo esse zelatipus.

Figuræ, que ostendit exiguum prædestinatorum numerum.

Cooperari debemus, ut in reprobis non mereo esse zelatipus.

Figura incertum, quod dicitur, quod dicitur, quod dicitur.

que cum omnibus civibus suis conflagravit igne sulphureo caelitus demisso, ex quo Loth cum familia sua tantum evasit. Quomodo Apollolus S. Judas in canonica epistola dixit, Sedomam, & Gomorrah cum finitimis civitatibus nobis exemplo esse, quod ex igne perfunctorio, qui cecidit in illas, præcipites datæ sunt in ignem, ubi in æternum quoquebuntur. Reliquis mitto figuras; veluti viduarum omnium fame laborantium, hominumque omnium lepra infectorum, solum Sarepta viduam ego juvatam, solumque Naaman mundatam, quemadmodum legitur tertio libro Regum, & S. Lucas capite quarto enarrat. Ita ex innumera ægotantium turba, qui Jerolyma ad probaticam confluebant, unus tantum sanabatur virtute Angeli aquam moventis, uti apud S. Joannem cap. 5. legitur.

Ex omnibus similitudinibus, que afferuntur ad ostendendum exiguum electorum numerum, duas tantum proferam, quas legitur apud Iliam cap. 24. ubi electos comparat primam paucis olivis, que in arbore fructibus deudato remanent, & quo aliquibus protegeta frondibus olitoris diligentiam seleslerunt; mox vero racemos, quos viniores prætereuntes reliquerunt: Quomodo si pauca oliva, que remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cum fructu vindemiam. Spiritus sanctus his similitudinibus significare voluit, numerum prædestinatorum, si cum reproborum turba comparatur, esse perexiguum.

Applicationes quorundam Scriptura locorum huic Argumento.

Quos prædestinavit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Ad Rom. 8. Dei filius nos conformitatis amore dilexit, si nos sibi conformes efficere volens, ut nosmet salvare disceremus, & amore prælationis salutem nostram illi rebus, que sibi erant antiquissima, præferens. Nos quoque vestrum illi debemus conformitatis amorem nosmet illi similes reddendo: Quos prædestinavit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Vultus igitur scire, utrum prædestinati sitis? Vultus inspicite. Edificæ similes Jesu Christo crucifixio? Habetisne spiritum pauperatis, ut ille, spiritum humilitatis, spiritum penitentiam, ut ille? Nisi vitam vestram ad normam vite ipsius conformaveritis, de salute vestra despero. Debemus etiam illi prælationis amorem. Jesus Christus salutem nostram rebus omnibus prætulit; nonne æquum est, ut illum præferamus omnibus, vanitati, ambitioni, pecunie &c.

Speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime fidelium. 1. ad Timoth. 4. Fateor equidem, Jesum Christum peculiari quodam modo Salvatorem esse prædestinatorum; illos enim reipia salvos facit. Sed hoc non prohibet, quominus fit etiam Salvator eorum, quibus præbet subsidia sese salvandi, quamvis sua culpa damnetur. Hoc innuere voluit S. Paulus Apollolus his verbis: Speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum maxime fidelium. Quodam in sensu Salvator est omnium hominum; in ipsis enim situm est per illum salvari: sed præsertim Salvator est fidelium, qui salvi sunt, quia deducit illos in vias salutis peculiari providentia. Apollolus in his verbis opponit fideles illis, qui fideles non sunt; fatetur ergo Dei filium Salvatorem esse illorum etiam, qui fideles non sunt, licet multo præstantius fit fidelium Salvator: unde sequitur, si illi pereunt, si prædestinati non sunt, sua tantum culpa non esse: habent enim Salvatorem, qui illis ea præbit subsidia, quorum ope salvi fieri possunt, si fidelem uti vellent.

Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Ad Philippens. 2. Quamvis esset verum, me ex numero esse prædestinatorum, Sanctus Chrysolostomus inquit, de hede est, me sine cooperatione mea a Deo nunquam salvum factum iri. Si ergo cum Deo mihi cooperandum est, in Deo mihi est confidendum, ac diffidendum de me, semperque metuendum ne memetipsum perdam per infirmitatem meam, cum Deus salvare me vult per misericordiam. Sed hic timor nequaquam subsistere debet inter inutiles terrores, ac sollicitudines; hic esse debet in nobis initium vere sapientie, que in hoc fide est, ut per bona opera nostra in moralem salutem nostram certitudinem adduci valeamus. Totus enim prædestinationis ordo in his verbis continetur, que licet communia, nova tamen videri semper possunt illis, qui religiofa attentione meditantur illa: Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te. Cum eramus in nihilo, non licebat nobis ad creationis nostre opus concurrere: sed cum femel fuerimus, atque a Deo liberate donati, qua & bonum, & malum possumus eligere, nonne æquum est, ut cooperemur cum Deo in opere sanctificationis nostre; &

facultas merendi, quam nobis contulit Deus, debetne inutilis permanere?

Auferetur a vobis regnum Dei. Matth. 21. S. Gregorius Magnus præclaram habet animadversionem in hæc verba, que Dei filius dixit Judæis, Regnum Dei illis ablatum iri. Eheu! Quis alius præter te, Deus tuus, peccatoribus auferre potest regnum tuum? Nonne tu supremus es Dominus? nonne tu illud auferis, ubi tu præcipit iustitia? Quoniam ergo mysterio non dicitur Dominus, auferam a vobis regnum tuum? Innuit his verbis Salvator, S. Gregorius respondet, Deum nequaquam auferre peccatoribus gratiam, & regnum suum; sed propria singularum peccata causam esse hujus supplicii, & hæc singulari confare calamitatem. Non ait ille, auferet vobis Deus regnum suum, sed regnum Dei auferetur a vobis, ut intelligamus, si perimus, nequaquam a nobis infirmulam esse Dei bonitatem, & si reprobumus, nobis tantum succedere debere.

Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Timoth. 2. Nihil prætermittimus ex his verbis summa consolatione reiertissimis. Deus Deus vult omnes homines salvos fieri; hoc igitur non est simplex desiderium, velletis quædam ab ea conditione pendens, que nunquam adimpletur. Vult: voluntas est, agens, sincera, que nihil intentatum relinquit, ut quod contendit, evincat. Omnes homines: non igitur voluntas est ad paucos homines coarctata, ad exiguum amicorum numerum, sed late generatim ad omnes extenditur. Salvos fieri: non vult igitur concedere solum aliquot gratias pro tempore, non gratiam vocationis, sed fluxæ justificationis, sed gloriam, æternamque felicitatem. Quam admirabilem significandi, consolandique vim habent hæc verba? S. Augustinus illa repetit, & in eodem explicat sensu: Deus vult omnes homines salvos fieri, non ita tamen ut admittat liberum arbitrium. Quam clausulam sanctus Doctor adiecit, ut quosdam contendant, qui generalem hanc voluntatem coarctate conantur ad eos, quos absolute salvos fieri voluit, quin aliquid ipsi per se sua salutem contulerint.

Quis ergo poterit salvus esse? Matth. 19. Si adeo pauci prædestinati, & tantus numerus reproborum, ex quo salvari poterit? Hoc Discipuli Jesu Christi respondebant magistro suo ostendentes eam difficultatem, que divites salutem suam operantur, & hoc homines vulgo adhuc dicere possunt, ubi ipsi annuuntur hoc oraculum, quod ex ipso Veritate ore emanavit: Numerum eorum, qui damnantur, esse infinitum, & angustiam esse caeli januam. Quis ergo poterit salvus esse, inquit illi? Inde scire vultis? Illi sunt, qui meum indefinenter, ne sint ex numero reproborum, qui vigilant, ne unquam labantur. Quis poterit salvus esse? Nobilis ille, ac dives, qui in nobilitate, ac opulentia sua semper humilis fuerit, a terrenis rebus alienus, ac necessitatum fratrum suorum miseretur. Quis poterit salvus esse? Mulier ille fidelis, que intra domesticos parietes suos filios in Dei timore instituit, Domino itati sui curam relinquit, neque illis alium destinatum locum, nisi eum, ad quem Dominus eos evocabit. Quis poterit salvus esse? Homo ille fidelis in officiis suis adimplendis, qui primorum Christianorum candorem, bonamque fidem imitatur. Homo, qui potens est, atque auctoritate præditus, ut eos tueatur, qui ipsius egent auxilio, & ut infinitum, innocuum protegat, qui patens est, qui injuriam acceptam statim dimittit, & verbo, qui replet omnia christiana religionis, & sui status officia. Quis poterit salvus esse? Vos ipse, o Christiani, qui id quaritis, si hæc vite ingredi volueritis: sed qui eo modo, quem desiderip, vivunt, nequaquam illi sunt, qui majorem numerum componant.

Nolite timere pusillus grex, qui complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Luc. 12. Ne dubites anima Christiana, decrevit Deus locum tibi in caelo tribuere, si ideoque licet tibi regnum illud intrari tamquam hæc redimatur tuam, quoniam hoc est regnum Patris tui. Complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Quod pro te fecit, hoc palam probat, & quod ipsa facis, vel coharis facere, indicium est, quod suspitionis locum prebere non potest, quam præterita expiare cupis flagitia, opera bona, que modo operaris, horror, qui tibi reliquis est eorum, que contra Domini legem amasti, verbo, ardens hoc desiderium, quo flagras, operandi salutem tuam, effectus est desiderii, quo Deus te vult salvum facere.

In manibus vestris mea. Psal. 30. Hoc efficere debet cumulum gaudii mei, quod cum David dicere possit. Deum in manibus tuis, Domine, fortes mea; non dico solum, fors mea temporalis, sed mea etiam æternitas. Licet in mea esset potestate alibi spem constituisse.

Peccatores ex se Regni caeli non auferunt; non auferunt; non auferunt; non auferunt.

Ad examen vocatur hæc verba: Vult Deus omnes homines salvos fieri.

Quamvis sit veritas, hæc ex prædestinatione non procedit.

Validum ipse argumentum, edificare salutem nostram esse in manibus Dei.



Quantum certum est in Deo dari prædestinationem, ac reprobationem, hoc est ab illo aliquos ab æterno ad gloriam electos fuisse, alios vero æterno decreto, quod nostram non ledit libertatem, reprobatos: tantum constat, a Deo utroque cognosci, quemadmodum Sanctus docet Augustinus lib. de Prædest. Sancti. Novit Deus, qui sunt ejus, novit, qui permanent ad coronam, & qui permanent ad flammam. In evangelio suppetunt nobis hujus veritatis argumenta; quandoquidem Salvator Joann. 10. ait: Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. Idem Salvator ita loquitur de reprobatione, cum Judæis dicit: Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis. Ubi notandum est, hanc propositionem nequaquam esse intelligendam, quasi Judæorum reprobatio infidelitatis eorum causa extitisset; sed Salvator simpliciter innuit; quia scio vos non esse ex numero electorum meorum, non miror, vos incredulos esse, quamvis redimendi sitis pretio sanguinis mei, quod nihilominus culpa vestra non applicabit vobis efficaciter ad gloriam. Hæc autem fuit S. Augustini mens: Quia videbat eos ad sempiternum ignem prædestinatos, non ad vitam æternam sui sanguinis pretio comparatos.

Quid docet Theologia de prædestinatione, reprobatione, & merito?

Deus cognoscit non solum, quinam sit numerus electorum, & quinam reprobatorum; sed etiam quantum personæ utriusque numeri sint. Hic autem numerus in præsentia, & decreto Dei determinatus est æque, ac numerus stellarum, quæ sunt in cælo, & arenæ, quæ in mari. Scit Deus tot esse, nec plures; scit hos, & illos esse, non alios, quemadmodum in quadam quadragesimali missa canit ecclesia: Deus, cui soli cælestis est numerus electorum in superna felicitate locandus. Et æque certe scit etiam, quot sunt Angeli, quot homines, quot cussibet speciei bruta animalia. Ideo filius de bono pastore inquit, hunc oves suas ex nomine singulim vocare, quod sane facere non potest, si quot, & quinam sint, ignoraret: Propriis oves vocat nominibus, & addit postea: Et cognosco eas. Joann. 10. At nonne illas ignoraret, nisi earum numerum, & qualitates teneret? Hoc fuit in S. Augustino serm. 148. de Temp. explicatur tract. 47. in S. Joannem. . . Illud vero probe intelligendum est, visionem, & cognitionem Dei nullam nobis impotentem necessitatem, nobis esse de nobismet dumtaxat diffidendum, deque nequitia, nostræque voluntatis inconsistentia; etenim in omni catholica opinione Deus neminem ab hoc numero excludit, nisi postquam viderit illum esse nequitiam & cordis improbitatem se indignum præbiturum fuisse, qui in illo admittatur.

De his, qui prædestinantur, & qui reprobantur?

Quamvis post oraculum, quod ipsa veritas protulit de exiguo electorum numero, nemo citra temeritatem, erroneque ambigere possit de adeo explicita, & formalis decisionis: attamen cum ex illis, quæ tradit Scriptura, sciamus, numerum eorum, qui in cælestem ingrediuntur Jerusalem, tantum esse, ut numerari non possit, ad duas hæc sententias, quæ secum pugnant videntur, conciliandas operæ pretium est animadvertere, Theologos Patrum auctoritati incumbentes docere 1. id non queri, utrum prædestinationum numerus magis sit, immo etiam maximus; nemo enim id in dubium revocare potest; sed queri, utrum major sit numerus reprobatorum, & utrum aliter in alterius comparatione sit exiguis; & utrum hoc illud sit, quod ipse Dei filius distinxit, atque decidit. 2. Si generum de omnibus electis, omnibusque reprobis loquimur, conjunctumque nature illi sint, cum multitudine Angelorum, qui in hoc beatorum numero continentur, toto cælo major sit, quam mortalium omnium, qui sunt, fuerunt, & erunt omnibus seculis, ex Patrum, Doctorumque sententia, nullum periculum est hoc in systemate affirmare, quo reprobatorum numerus electorum numero longo superetur. 3. Sin autem de hominibus tantum sermo est, generum sumptis, quin Ethnici, Hæretici, pravique Christiani expungantur, constat longe plures esse, quam electos. 4. Si de solis Christianis agatur, simul cum pueris, qui ante rationis usum, & post acceptum baptismum decedunt, dici ad hæc potest, plures esse prædestinatos, quam reprobos. 5. Si de solis Christianis adultis queratur, in hoc proprio sensu ipsa veritas minorem esse electorum numerum edixit: Multi vocati, pauci vero electi. Plures affert possunt rationes, quas experientia confirmat; sed cum eas recensere nimis longum sit, videri possunt apud Recapitulum de signis Prædestinationis, & Reprobationis, ubi in altera Operis parte fassus traduntur.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, recentiorisque Conciliorum loci hujus argumenti.

Certum est dari prædestinationem; si enim Deus est, est etiam providentia; si est providentia, est etiam prædestinatio; hæc enim supernaturalis providentia non aliud est, quam cura peculiaris, quam gerit Deus hominis, ut per certissimas vias illum ad æternam adducat felicitatem. Verum qui scrutari audeamus subtilis hujus mysterii secreta, vel detegamus artes, quibus providentia efficit, ut sua consilia ad optatum finem perducatur, sufficit persuasum esse, nihil esse posse in Deo, totaque ipsius agendi ratione, quod sanctum non sit, nihil, ubi aliquid injustum occurrit, nihil a ratione abhorret, nihilque, quod contrarium sit infinitæ illius bonitati, & justitiæ, aut cupiam ex divinis perfectionibus ejus: Alioquin Deus non esset Deus. Hoc rite observavit Apollolus; cum enim aliquot attulisset difficultates, quæ videbantur adversari impenetrabili prædestinationis mysterio, non respondit nisi per hæc verba: O homo, tu quis es, qui respondens Deo? Ad hom. 9. Et profecto, quæ temeritas est abjectæ, cæcæque creature ex Deo rationem facti perquirere? Creatoris auctoritas nonne debet sufficere homini, quidquid illi opponat. quidquid illi pugnant posse contendat? Seu intelligat ille, seu non intelligat hoc mysterium, nonne sufficere debet illi auctoritas Dei? Et si in aliis omnibus mysteriis, quæ ratio nostra intelligere nequit, verbo illius fidem habemus, cur ejus consilia aëlium perferuntur? Pater Delinquentes sermone.

Nefas est scrutari prædestinationis mysterium.

Cum æterna sit prædestinatio, hinc conjiciamus quantum debeamus Deo, qui de nobis ab æterno cogitavit, & peculiarem gessit curam sollicitatis, antequam etiam nasceremur. Cur ergo tamdiu c. nctamur amare Deum, qui nos tantum amavit, antequam etiam illum amare, & cognoscere possemus amorem, quo nos profecutus est? Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Joann. 3. Sed cogitemus: quantum amor ipsius præcessit nostram, quantum amavit nos ante omnia sæcula, & ab æterno. Nonne hoc insignis est beneficium? quomodoquidem Deus non citius se ipsum amavit, quam nos diligeret; tandem enim nihil mente concepit velle ante æternitatem, quemadmodum nihil est post eandem. Quid? hæc una cogitatio nonne durissimum quilibet peccatorem movere potest? Dignitatis est Deus oculos in se collocare ante omnia sæcula & sine ullis meritis meis de perditionis massa me eduxit; quam gratiam non concessit tot aliis, qui nequaquam erant indigniores, quam ego, adeo insigni favore. Ipe miseris est mei, tam quam coram oculis ejus non eam nisi objectum odio suo dignum, & amorem, quo complexus est me ab æterno, nequaquam sterilis fuit. Efficit, ut quotidie illius exierit effectus me tot cumulans gratis, quæ totidem sunt viæ ad ea adimplenda consilia, quæ inuit de me ante omnia tempora. Heu! saltem Deus meus, si ita infelix fui, ut te non amarem, nec ita cito, ut poteram, nec ita ardentem, ut debebam, modo saltem incipere volo, ne unquam imposterum cessem. Idem ex parte.

Nobis nullus est prædestinatio-nem nominam Deo, quam a nobis genere.

Cum Deus unus prædestinare valeat, ac unus ille gratiam conferre possit, quæ gloriam mereatur, hæc in re a Deo uno pendemus; quod proculdubio nobis utilis est, quam fit vel a nobismetipsis, vel ab alio quopiam pendendum: tandem enim certiores esse debemus amoris, quo nos ille diligit, & curæ, quam gerit nostri, quam illius, quam ipsi genere valeamus. Heu! Si prædestinatio mea a me uno pendere, deberem profecto jugiter metueri, atque diffidere; quotidiana quippe doceat experientia a me negligi unquam illud negotium, quo nihil mihi esse debet antiquius, salutis videlicet meæ, & me mihi desse, quamvis mihi Deus adstet, & me tot gratis præveniat. Sin autem solus essem, & hæc spe desisterem, quid fieret de me in tanta rerum omnium ignorantia, tot inter pericula, tot seculis undique septus, in tanta imbecillitate, in tanta mentis levitate, tantaque omnium consiliorum meorum inconsistentia? Tanti igitur est considerare iis curis, quas de salute nostra gerit Deus, & cum Propheta Psalm. 30. dicere: in manibus tuis forces meæ, in infinita tua bonitate confido. Idem.

Nulla ratio est certissimum timendi cognitionem quam habuit Deus, antequam essemus, de eo, quod in æternum futuri sumus, quasi hæc nobis aliquam injecerit necessitatem operandi salutem nostram, vel eam non operandi. Attamen nihil insani hoc timore frequen-

quantus est; illi etiam, qui præ cæteris virtutem præditi sunt, ubi prædestinationem cogitant, perturbantur. Mihi animus est infervendi Deo usque ad mortem, aut anima vere christiana; sed heu! quinam erit fructus votorum meorum, si me Deus æternis ignibus adjudicavit, antequam etiam vitales carperem auras? Numquid ego providentia ipsius ordinem invertam; vel cum cogam ab illa voluntate recedere quæ suapte natura immutabilis, æternæque habeatur? Scit ille, quid sibi de me faciendum sit in omnem æternitatem: si in libro vite descriptus sum, me inde non expunget: sin autem nomen meum ibi scriptum non est, in nullam spem interitii, jamjam inter reprobos habendus. Fateor equidem cogitationem hanc negotium facessere posse, & illis, qui nimium illi inhærent voluerint, & qui paulo serius mysterium hoc noluerint scrutari. Sed facile est humiles, docileque mentes confirmare. Eadem omnem dubitationem, quæ eorum diffidentiam alere possit. P. de la Colombiere sermone 56.

Quid nos confirmare debet de prædestinatione sollicitos.

Timetis, ne vos salvos facere velit Deus? verum nescitis, illum vos ex nihilo educentem non alium sibi proposuisse finem, nisi efformandi creaturam, quæ sibi famularetur, & quam in hujus servitutis præmium efficere posset in æternum beatam? Imperium, quo justis nos indifferenter pro cælo adlaborare, naturæ studium, quod erga supremum bonum nobis inierit, & quidquid pro nobis præstitit, ut illud afficeremur, manifesta sunt, & practica argumenta sincera voluntatis, quæ nos regni sui participare facere cupit, & invidiam hæc adeo aperta fuit, & perspicua, ut si nostra prædestinationis mysterium absolutum complecteretur nos perdati voluntatem, non dubitarem affirmare, in Dei voluntate dari contradictionem, ipsum videlicet rem eandem simul & velle, & nolle, quod Deo indignum est, & quod ne in creata quidem creatura potest inveniri. Ipsa etiam notio, & idea, quam habemus ejus providentiam, quæ partem ipsa prædestinatio consistit, nos in hoc metu debet confortare; quippe hæc providentia nihil est aliud, quam jus cura, quæ Deus nos ad postremum finem, hoc est, ad æternam beatitudinem nostram nos adducere studet; hæc illa attentio est, quæ nobis ea suppeditat subsidia, quæ idonea sunt, ut eo perveniamus, quæ ita omnia disponit, ut quidquid in rerum natura est, quidquid in toto accidit mundo, saluti nostræ sit utilis, quomodo igitur dubitare possumus, quomodo nos sit volutus nos facienda, Deo, inquam, qui nihil facit, nisi ad hunc finem dirigatur? Naturalia beneficia, fortuna, inspiratio, in Dei nobis intentione omnia ad hunc scopum collantur; si quid ab eodem aberrat, hoc non nisi illo invito, & per creaturam rerum nequitiam accidere potest. Idem.

Nonne verum est, Christiani Audiores, timorem, quo formidare possumus, ut in reprobatorum numero simus, hunc, inquam, timorem ad morum nostrorum informationem inutilem esse, immo etiam effectum profusum contrarium producere? Quilibet alius meus, sive ille, quem Dei iustitia peccatoribus inspirat, seu quem in jultorum corde illius bonitas gignit, nos ferventes, & cautos facit, nos ad vigilantiam, & laborem hortatur; sed hic timor efficiens, ut immediate timeamus malum, non nisi laxationem, ac desperationem potest suadere. Etenim nonne palam innotescit, eos, qui terras hujusmodi fovent cogitatione, hoc inde inferre? Quomodoquidem reprobatorum sum, quid mihi inferre mortificationem vitam ducere, tot observare præcepta, quæ crucem figunt, ac in antecellum me inclinare prætare? Nonne expedit potius vite hujus bonis frui, quomodoquidem non est, cur alienæ vite bona sperem? Idem.

Dubitas utrum salvum facere velis eum, affice contrahella.

Quid, Salvator amabilis! & ambiget quispiam, utrum ex animo ipsum salvum facere velis! & ambiget, postquam hoc ipse palam testatus es, immo folementer etiam per os Prophetarum jurasti: & ambiget, postquam hoc tu ipse toties in Evangelio dixeris: verum quid dico, dixeris? ambiget adhuc post ea omnia, quæ pro nostra salute feceris? Incarnatio tua, annihilatio tua, itinera, sudoreque tui, gaudium, quo ex conversione nostra te affectum ostendisti, lacrymæ, quibus errores nostros profecutus es, nobis persuadere non possunt, te invitum, te agre, atque gravatè in nos damnationis contorqueere sententiam? Idem.

Cum infideles, & Hæretici conquirentur de tenebris, in quibus relictis fuerunt, credimur futurum, ut Dominus obtemperet, nihilque habeat, quod illis reddere valeat? Sinite ipsum hanc cum calamitosis illius causam suam tueri, vobismet sufficit ipsum hæc vobiscum bonitate usum fuisse, quam ne optare quidem ausi fuissetis. Si cum aliis minus liberaliter se

gessit, num ideo iusta vobis est querela, mirum in modum ait S. Prosper? Vobis inquam, qui gratis cumulati fuissetis, vobis, quot tot aliis prætulit, qui nequaquam vobis erant deteriores. Vasa contumelie jure queri non possunt, cum in turpes, abjectæque usus destinantur; qui fecit illa, eorum Dominus est, ac de illis facere potest, quodcumque sibi libitum fuerit: sed mirum est, quod honoris vala figulo exprobare velint injuliam, quam reprobatæ argillæ factam fuisse contendunt; cum e contra in id unum incumbendum esset illis, quomodo ob habitum sibi honorem agerent gratias. Idem.

Exiguam electorum numerum Scriptura comparat vna racemis in vite remanentibus, postquam vinditor pertransiit. Patres dixerunt, vix tres, vel quatuor ex centum millibus illius diligentiam fallere posse. Hoc verum est; sed quid vobis negotium facerit, dummodo ex horum trium, quatuorve numero sitis? Vobis iusta suppeteret trepidationis causa, si ob imminendum beatorum numerum aliquis etiam ex bonorum numero cælestis gloria prohiberetur. Sed certi census neminem bonum inde exultatorem. Licet ex centum millibus unus dumtaxat salvus fieret, si bonus, & justus es, certus esto te hunc fore: quemadmodum e contrario si in singula centena beatorum millia unus dumtaxat damnandus esset, si malus es, & gravi aliquo crimine obstrictus, certus te hunc esse futurum. Idem.

At enim si me destinavit ad gloriam Deus, nequeo æternum esse reprobos, & infelix, quodcumque aut deam: & e contra si ille me reprobovit, necessario perendum est mihi. Hæc neque catholici hominis vox est, neque illius, qui vel prima Theologia rudimenta perceperit. Si te Deus electorum numero adscripsit, decrevit ille salvare te vel per meritum tuum; vel saltem per merita tua. In altera hanc opinionem voluntas, quæ te Deus salvum facere cupit; supponit conversionem tuam, in altera vero illam completitur, videlicet conversio tua fit vel ratio, propter quam Deus salvare te vult, vel medium, quo te vult salvum facere. Non ferenda temeritas est dicere, si prædestinatus es, te salvum fore, licet mortalium omnium nequissimus esses: etenim si prædestinatus es ad gloriam, prædestinatus etiam es ad sanctitatem, quod ipse nos docet Apostolus ad Roman. 8. Quos prædestinavit, & prædestinavit conformes fieri imagini filii sui? Si te Deus in cælum decrevit adducere per vite tuæ cum Jesu Christi vita conformitatem, per arctam penitentiam, & mortificationis viam, per operum charitatis præxim, per ipsam charitatem, per amorem Dei, & proximi illuc te adducere decrevit. Itaque si prædestinatus es, tantum certum est, te ex flagitiorum tuorum ceno emeris, atque Salvatoris mundi vestigia lecturam, quantum certum est, te beatum futurum. Idem.

Frustra, peccatores, frustra ad æterna divine voluntatis arcana contigitis, ut colorem aliquem flagitiorum vestris inducat. Quomodo affirmare potestis, nolle Deum vos salvos facere, quos jam pridem urget, atque sollicitat? Vos, qui secretis toties exprobrationibus extimulamini; vos, qui fortasse timeis, ut invitati ab eo convertamini? Ullane præterit dies, quæ vos recens non aggregatur? Ullane via est, quam intentatam reliquerit, ut vos ad bene agendum impellere, adversa, prosperaque fortuna, morbi, consilio, bonorum, amicorum, honorum, honoris etiam, atque extiminationis iactura? Quanto ab hinc tempore vite rationem mutassetis, non dico quidem, si id æque bona fide optassetis, ac optat Deus; sed nisi adeo pertinacis fuissetis in hoc voluet perdedi consilio, ut constans est in vobis beatos efficiendi cupiditate? Dicitis in Deo situm esse, vos salvos facere; quomodo vultis id credam, donec videro ipsum quidem nihil reliquum facere, quominus vos ex ea retrahat semita, quæ ad damnationem adducit, vos autem nihil relinquere insulam, ut in eadem permanentis? Affirmatis Deo bonam erga vos deesse voluntatem; quid ultra igitur præstare possit, si vobis favere cuperet? vos autem si vobis perdere velitis, quid dicitur facere possit, quam quod quotidie facitis? Idem.

Si vobis revelasset Deus, nomen vestrum in vite libro esse descriptum, quam inde perciperetis utilitatem? Numquid virtutis via vobis esset facilior, affectus vestri peccatores essent, sensibilia objecta minus essent blanda, tentationes facilius superandæ, fortior constantia vestra, demon minus versutus? Secretis, utrum prædestinati essetis; sed ad prædestinationem vestram adimplendam nonne vobis mortificare, & sinceram, integramque agere penitentiam deberetis? Nonne idem vobis obicere adverterentur? Cum hæc igitur silent

Exigua prædestinatorum numerus efficitur non debet ut de divini misericordia diffidamus.

Mala nonnullorum argumentorum de prædestinatione.

Frustra peccatores ad æterna divine voluntatis arcana contigitis, ut colorem aliquem flagitiorum vestris inducat.

Nihil vel iustitius, vel periculosius, quam nosse utrum prædestinati simus ad reprobos.

